



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Didaci Covarrvvas A Leyva Toletani Episcopi Segobiensis
... Opera Omnia**

**Covarrubias y Leyva, Diego de
Antverpiae, 1610**

18 Constitutio I. diffamari. C. de ingen. & manum. expenditur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-96570](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-96570)

C A P V T XVIII.

Expenditur Constitutio l. diffamari. C. de ingen. & manum.

S Y M M A R I A.

- 1. Nolenti mandante iudice instrumentum exhibere, denegatur ius id in possessione in iudicio ad fidem obtinendam producendi.
- 2. Si impetratur perpetuum silentium diffamanti, et nolenti agere, bona ad iudicium requiritur.
- 3. Quod dicitur l. diffamari. à l. si contendant. ff. de fideiuss.
- 4. Iudex ipse vel principalis aduocatus est, cum alterum ex his remediis in iudicio proponitur.
- 5. Excommunicatus non est admittendus, si uult uti auxilio dicitur legimus. Et ibi de exceptione excommunicationis in foro seculari appositae que in Gallia locum non habet, neque etiam in Hispania à Iulianus secularibus attenditur.
- 6. Alter vocatus ad iudicium ex l. diffamari. & simili. poterit eligere alterum ex duobus iudicibus ipsius rei.
- 7. Dilectum legum decisio estiam in criminalibus admittenda est.
- 8. Iudex vocatus ad primogenitum potest iudicij officium implorare, uideat ipse possidere, cui successurus est, ut pronuncietur primogenitum ad eum mortuo possidere pertinere.

Notraduntur iure Cæsaris affinia remedia, quibus consilium est illius, qui vel aliorum diffamatione iactantia passim infestatur, vel timent actionibus non oportune impeti, eo sane tempore, quo legitimis defensionibus variis casibus fuerint frustrati. Primum est ex l. diffamari. C. de ingen. & manum. Alterum ex l. si contendant. ff. de fideiuss. Nam ut primò examinemus, erit diligenter adnotandum, ad auxilium diffamatis cōpetere, in eum effectum, ut à iudice cogantur diffamantes intra certum diem actionē, vel ius, quod habent, in iudicium deducere, adiecta cōmatione, & ea postmodū executioni tradita perpetui silentij imponendi, nisi intra preñitum diē egerint. text. singul. in d. diffamari. ubi hoc exprellim adnotat Alberic. Salicet. Fulg. & Bald. nu. 16. Innocen. col. 1. cui ceteri accesserunt. c. conuenerunt. de offic. iudic. Anton. & Felin. nu. 16. in cap. accepimus de fide instrum. Rota antiqua 305. Angel. Aretin. in fin. de excep. in princip. nu. 23. hanc siquidem formulā præ oculis iudices habere debent, quoties iuxta causā id postulauerit, decernere, sane tenentur in hunc modum interloquuti, ut intra certum diem agat quis actione sibi competenti, hoc adiecto, eum alioqui non esse audiendum, eiq; perpetuum silentium imponi, quod etiam probatur in c. vltim. qui maritum. accipit. ubi gl. cap. accepimus de fide instrum. gl. of. optima. & committere recepta in l. c. ut nemo inuit. agere vel accusa. cog. quibus preceedit, quod si iudex aliqua iusta ratione motus, præceperit in iudicio instrumentum quoddā exhiberi, eius vero possessor obediēre noluerit, poterit interloquēdo pronunciare, nullā fidem exhibendā fore ei instrumentum, si quanto ab eo contumace fuerit in iudicio productum. l. vlt. C. de fide instrum. Bartol. in l. 1. §. edenda. ff. de edendo. Innoc. Panorm. & alij in c. G. perpetuum de fide instrum. col. penult. Bartol. Angel. Salicet. Alex. & Ia. in l. 2. col. 3. C. de edendo. Dec. in cap. 1. de probat. col. penult. in cap. cum in ecclesie appell. Anchar. in clement. 1. §. acerrim. ad fin. de vsur. & licet Innoc. aliqua ex parte diuersam ab hac proposuerit sententiam, frequentissime tamen ab eo propter similitudinem rationis isthæ conclusio deducitur. Sunt item aliæ iuris vtriusq; decisiones, quibus suaderi poterit, quod in d. l. diffamari. decisum est, quemadmodum Accursius ibi scripsit, & præterea idem cōprobatur in l. si ea ubi gl. C. de his qui accusar. non poss. & l. Titia. ff. de accusat. Verū ad hoc ut perpetuum silentium indicatur diffamanti, oportet binam ad monitionem à iudice præmitti. Angel. in authent. de hered. & salic. §. si quis autem. col. 1. Alexand. conf. 108. lib. 1. ad fin. idem Angel. per text. ibi in authent. de eccl. lib. §. si quis autem pro redemptione. Capol. aut. l. 1. Angel. Aretin. in princip. insitit. de exceptionib. num. 23. Math. de Afflic. decis. Neapol. 264. dicens, hoc ipsum seruari in illius regni pratorio. idē Iason tenet in l. 2. col. 3. de edendo. dubius tamen, cum ea, quæ pro Angelo adducuntur, quibusdā specialibus casibus, non in vniuersum intelligenda sint. quamobrem vnicā tantum ad monitionem sufficere aduersus Angel. ex iustimant Roman. licet dubitet in l. quamdiu. in 3. nu. 12. ff. de acquir. hered. Alexand. in l. vlt. col. 1. ff. de feris. Felin. in d. cap. accepimus. num. 6. fat enim est, fieri solennem comminationem silentij imponendi, vnicā tantum monitione præmissa. quæ quidem opinio apud nos frequentissime in praxi recipitur, nam vnicā eademq; peremptoria monitio sufficit. Illud tamen non est præter-

mittendum, iniquissime agere iudicem, qui hanc monitionem comminationemque indixerit in futuro actori, nisi prius saltem summarie de diffamatione constiterit, quemadmodum scribunt Bart. in d. l. Titia. ad fin. Angel. Aretin. d. n. 23. & Alexand. d. conf. 108. col. vlt. & merito, cum isthæ diffamatio sit huius iudicij fundamentum, sine quo reus frivole nimis hoc remedio vtitur, sicuti in ca. l. diffamari. satis exprellum est. Sed sæpissime iudicium hoc tractatur, ommissa hac diffamationis cognitione, ex eo quod futurus actor simpliciter citatus, actionem, quam habet, in iudicium deducit, eaque examinatur principaliter vtrinque, & ideo tunc nihil ad rem attinet summaria de diffamatione cognitio. quam etiam effugiunt, si simul cum hoc auxilio etiā vtuntur remedio l. si contendant. quod distinctā rationem habet. Nam ex l. diffamari. hoc agitur, ut pronuncietur, nullū ius diffamanti competere aduersus diffamatum, & id nisi præmissa diffamatione tractari non potest, ut eleganter notant Innoc. in c. Abbate. de verb. sign. Rota antiq. 35. Paul. Cast. in d. l. si contendant. Bart. Socin. conf. 84. col. penult. lib. 3. Alex. in l. si finit. §. eleganter. nu. 26. ff. de damn. infect. ex quibus duo colliguntur. Primum quidē, me etiam alicuius rei possessorem regulariter non posse à iudice petere, ut cogat Titium super eadē re intra certum terminum agere, ut declaret, ei nullum ad eam rem ius cōpetere, quia nemo inuitus agere cogendus est, nisi diffamatio præcefferit. Secundum, quod ab eisdem communiter receptum est ad l. si contendant. pertinet, scilicet, posse quē petere à iudice, ut pronunciet sibi exceptionem aduersus Titium cōpetere, seque liberum esse ab ea actione, quæ in ipsum Titium cōpetierat, aut competere aliquo modo videtur. quod probatur in d. l. si contendant. ubi gloss. cōmuni omnium consensu probata idem asserit, cui similis est in l. Avelius. §. centum. ff. de liber. legat. cuius meminere Panorm. in c. si quis contr. col. 2. de foro comper. & Roman. conf. 80. & conf. 412. not. Bart. in d. §. eleganter. Fel. in d. c. si quis contra. col. 1. text. optimus in l. si pater. C. qui bonis ced. poss. & ibi Bart. ac Fel. rursum in c. significauit. de testib. num. 3. text. & ibi gloss. in l. vlt. C. de vsur. pap. quorum opinio communis est, secundum Soc. d. conf. 94. lib. 3. col. 1. tamen non desunt, qui cōtrarium tenere tentauerint, nec ad hoc proponendū, tractandūve in iudicio, diffamatio requiritur. igitur discrimen maximum apparet inter ea, quæ ex d. l. diffamari. & l. si contendant. passim deducuntur. Quin & vsu aduocatorum obtentum est, hæc duo remedia simul misceri ad faciliorem causæ & litis expeditionem.

Erit tamen operæ pretium inuestigare, quis iudex erit aduocandus, ubi hæc remedia in iudicio aduocantur, an iudex ipsius diffamantis, contra quem hæc auxilia iure proponuntur, an ipsius diffamati, qui vere reus est, licet primum ad iudicium alterum prouocauerit? Et quibusdā visum est, hanc controuersiam tractandam esse coram eo iudice qui cōpetens esset, si actione vsus diffamator velit diffamatum cōuenire, cum attenta origine, & naturali ipsius causæ conditione, & is, qui modo litem incipit, vere reus sit. & ideo eius iudex adiri poterit: tamen si actor non sit illius Iurisdictioni subditus: arg. assumpto à Iurisco. consulto in l. qui habeat. ff. de tutel. nam & Bart. cui ceteri cōsentiant, adnotauit in l. libertus. ff. de iniur. voc. in hac causā, vere reū esse, qui alterum ad iudicium prouocat, per text. ibi probātem, posse libertum sine veniæ petitione postulare à iudice, ut ingenuus pronuncietur, aut offerre huius liberi status aduersus patronum legitimā defensionem, igitur si veniā necessaria non est, apparet manifeste hunc libertū verum actorem non esse. Sed nec text. ibi, nec Bartol. decisio huic opinioni suffragantur, text. inquam, quia nō tractat speciem istam, ubi libertus vtitur remedio l. diffamari. cum ibi libertus esset iam à patrono prouocāte in ius vocatus. Deinde Bart. licet existimet ventē remedio l. diffamari, quoad reliqua vere reum esse, tamen aperte asseuerat, quoad primā petitionem actorem esse, & ideo oportere, ut tunc libertus veniā petat, quod ceteri Dd. sequuntur, maxime Paul. Castr. ex hoc scribens, excommunicatū t̄ proponentem in iudicio auxilium l. diffamari exceptione excommunicationis repellendum esse. idē ibi probat Alex. post Anton. & Abb. in c. intelleximus. de iudic. ubi Fel. nu. 9. & Dec. n. 14. eandem opinionem verā esse censet. Imo idem erit, si excommunicatus vtatur beneficio l. si contendant. nam cum & tunc nō sit reus necessarius, ac potius prouocet aliū ad iudiciū, admittendus nō est, secundū Abb. Imol. Fel. & Dec. in c. cum inter. in fin. de excep. eundem Fel. in d. c. intelleximus. nu. 7.